Fragmentarium

1593.

me probauer̄ & uiderunt ope
ra mea. Quadraginta annis offenſus
fui. generationi & dixi ſemp̄ errant cor
de. Iſti n̄ cognouer̄ uias meas. ut
iuraui in ira mea. ſi introibunt in re
quiem meā.
CANTATE DN̄O CANTICV̄ NOVVM
cantate dn̄o omis terra. Cantate dn̄o
& benedicite nomini eius. adnuntia
te de die in diē ſalutare eiꝰ. Adnuntia
te inter gentes glām eiꝰ. in omnib; po
pulis mirabilia eiꝰ. Quō magnus dn̄s
& laudabilis nimis. terribilis ē ſup om
deos. Quō om̄s dii gentiū demonia.
dn̄s autē celos fecit. Confeſſio & pul
chritudo in cōſpectu eiꝰ. ſcimonia &
magnificentia in ſcificatione eiꝰ.
Afferte dn̄o patrię gentiū. afferte dn̄o
glām & honorē. afferte dn̄o glām no
mini eiꝰ. Tollite hoſtias & introite

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Cod. 1593, Cod1593_VDS – Psalterium (https://fragmentarium.ms/view/page/F-oufa/2773/31604)